

INDEX
PRAELECTIONVM

IN
ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE AESTIVVM

A D I E X V M A I I M D C C C X.

HABENDARVM.

LITTERIS ADLERIANIS.

INDEX
PRAEFATIONVM

IN
ACADEMIA ROSTOCHENSIS

PER SEMESTRE AESTIVM

A DIE XV MAII MDCCX.

HABENDVM.

LESTER ASTRICH

8

PRAELECTIONES
PROFESSORVM PVBLICORVM.

IN FACVLTATE THEOLOGICA.

D. SAMUEL GOTTLIER LANGE, hora X—XI. *epistolas Paulinas cum epistola ad Ebraeos et Joannis Apocalypsi interpretabitur* hor. XI—XII. *theologiam dogmaticam docebit.*

D. JOANNES CHR. GUIL. DAHL, *privatim* senis per hebdomadem diebus h. IX—X *encyclopaediam et methodologiam theologicam* docebit; h. X—XI *Pauli epistolam ad Romanos ac utramque ad Corinthios* nec non *ep. ad Ebraeos* interpretabitur et h. XI—XII vel alia commodiori quater per hebd. *praestantissimos prophetarum V. T. minorum* explicabit. *Publice* in *Seminarii sodalitia* in librum suum, qui proximis nundinis in lucem prodibit: *Lehrbuch der Homiletik oder Anweisung zur Amtsberedsamkeit christlicher Religionslehrer* — commentabitur atque in *moderandis sodalium exercitationibus homileticis et catecheticis* more consueto perget.

GUSTAVUS FRIDERICUS WIGGERS, P. P. O., *publice* hora VIII—IX Mercurii et Saturni dd. *historiam emendatae religionis* enarrabit; *privatim* h. IX—X *historiae ecclesiasticae alteram partem* docebit; h. XI—XII *historiam literariam universalem* usque ad Imperii Romani Occidentalis interitum enarrabit; h. III—IV in *Psalms* commentabitur.



IN FACULTATE IURIDICA.

IO. CHRIST. ESCHENBACH, hora VIII—IX *institutiones* iuris civilis et hora IX—X *ius criminale* tradet. Compendia *Waldeckii* et *Meisteri* his praelectionibus inservient.

D. ADOLPHUS DIETERICUS WEBER, per instans semestre aestivum lectionibus privatis horis matut. 8—9 *exercitationes examinatorias* ad Pandectas instituet; 9—10 doctrinam de remediis iura in iudicio persequendi secundum *I. G. Schmidii* praktisches Lehrbuch von gerichtlichen Klagen und Einreden tradet.

D. CHRISTIANUS GOTTLIEB KONOPAK, 1) de *institutionibus iuris romani privati*, ad compendium a se scriptum, h. X—XI, 2) de *iure criminali*, ad Feuerbachii librum, h. XI—XII scholas habebit.

IN FACULTATE MEDICA.

D. SAMUEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P. P. O., *Medicinam clinicam et Pharmacologiam* Auditoris exponendas offert.

D. GUILIELMUS JOSEPHI, publice *Medicinam militarem* tradet; *privatim* vero horis cum commilitonibus communicandis *Chirurgiae* alteram partem et *Artem obstetriciam* docebit.

D. GEORGIUS HENRICUS MASIUS, per inst. sem. aest. publice in *Cel. Struvii tabulas* (Rettungstafeln bey plötzlichen Lebensgefahren) commentabitur. Privatim vero 1) *Anthropologiam* ad compendium suum (*Grundriss anthropologischer Vorlesungen. Hamburg 1810*); 2) *Semioticen*; 3) *Artem, vitam humanam servandi et prolongandi*; denique 4) *Medicinam forensam* ad ductum systematis sui, intra subsequens semestre edendi (*System der gerichtl. Arzneik. für Rechtsgelehrte. Hamb. 1810*), docebit.

D.

D. CAROLUS ERNESTUS THEODORUS BRANDENBURG, P. P. O. et civitat. Rostochiens. Physicus per instans semestri aestivum *Therapiam generalem* ac *Therapiae specialis partem primam de morbis acutis*, et denique *Materiam chirurgicam* audire cupientibus docendas offert.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

OLAUS GERHARDUS TYCHSEN, Academiae Senior, b. c. D. h. IV. L. hebr. et syr. aut arab. elementa, tribus cuique dialecto tributis horis ita tradet, ut lectione assidua confirmentur.

—VI. In explicandis scriptoribus arabicis anecdotis Takieddin-Alfessani, Cazwini et Albaithar, qui de historia tam civili quam naturali, nec non de astronomia et geographia data opera exposuerunt, strenue perget.

GUSTAVUS SCHADELOOCK, Philos. Doct. et Mathem. Prof. P. O. per aestatem tradet *Mathesin elementarem*, *Scientias mechanicas* et *Geometriam practicam* praeter Architecturam civilem, quam privatissime docebit.

P. J. HECKER, Mathes. Prof. P. O. 1) calculi literalis et algebrae praecepta tradet, 2) trigonometriam utramque tam elementarem quam analyticam docebit, et 3) institutiones analyseos finitorum et infinitorum praeterito semestri inchoatas continuabit.

FRANCISCUS CHRIST. LAURENT. KARSTEN, Oec. P. P. O. b. c. D. per instans aestivum semestri: 1. *Agriculturae Theoriam* e Compendio suo: die ersten Gründe der Landwirthschaft; hora IX—X, 2. *Encyclopaediam cameralem*, ad theses a se suppeditandas, hora X—XI, 3. *Matheseos purae elementa* ad ductum compendii b. fratris: Auszug 1c. hora XI—XII ante meridiem cupientibus explicabit.

GER. PHIL. HENR. NORRMANN, Ser. Duci regn. Meg. a conf. aulae, historic. atque politic. doctrinar. P. P. O. privatim
1)



1) h. VIII—IX *historiam universalem*, duce Schloezero; 2) *historiam Germaniae pragmaticam*, ex breviario Mannerti, proponet; privatisime vero *Geographiam*, methodo consueta, explicabit.

D. HENRICUS FRIDERICUS LINK, Phys. Chem. Bot. P. P. O. 1) *Historiam naturalem* h. III—IV publice tradet; 2) *Botanicam* h. IV—V privatim docebit; simulque plantas in horto botanico demonstrabit; 3) *Mineralogiam* h. XI—XII tradet, nec non mineralia in Museo academico asservata proponet.

J. S. BECK P. P. O. 1) *Logicam* h. VII—VIII; 2) *Mathesin puram* h. VIII—IX; 3) *Jus naturae* h. X—XI; 4) *Encyclopaediam philosophiae et mathefeos* h. IV—V docebit.

M. JOH. FRIED. PRIES, h. VIII—IX *Aestheticen*, h. XI—XII *Morum philosophiam* docebit; h. III—IV *Artis declamandi Principia* tradet.

IMMANUEL G. HUSCHKE, Prof. Gr. Ling. 1. hor. XI—XII Ciceronis orationem *pro M. Marcello*, quae hodie a multis Ciceroni abjudicatur, illustrabit, ita, ut, quae in utramque partem prolata sunt argumenta, cum Latinitatis accuratae studiosis communicet; 2. perget illustrare Euripidis Tragoedias, nunc quidem *Phoenissas*. De hora coram!

PRAE.

4

7

PRAELECTIONES
DOCTORVM PRIVATORVM.

T H E O L O G I C A E.

JOANNES MARCUS CONSTANTINUS TARNOW,
interpretationem Novi Testamenti instituet, junctis observationibus the-
mata ad homilias apta e pericopis inveniendi.

J U R I D I C A E.

Dr. IO. CHR. KOPPE, Duc. Bibl. Acad. Praef. et Consistorii
Protonotar. privatissimas lectiones suas iuridicas semestri hiberno felicissimo
succesfu habitas h. VII continuabit; praeterea aestumatissimis Dn. Commili-
tonibus *Pandectarum doctrinam* secundum compendium Ill. *Thibautii*, Ante-
cess. Heidelberg., omni industria h. VIII et X explicandam offert.

Dr. C. F. MÜHLENBRUCH, per instans semestre aesti-
vum, horis matut. VII—VIII et IX—X *Pandectas*, sive *jus civile quo*
utimur, ordine systematico, praeunte Cl. *Thibaut* tradet.

P H I L O S O P H I C A E.

M. JOACHIMUS HENRICUS LUDEWIG, L.A.L.P.
conditionibus solitis sedulam offert operam iis qui linguam Anglobritan-
nicam perdiscere cupiunt. Optabunt ipsi quem e sequentibus libris velint
explicari 1) *Handbuch der Engl. Sprache*; 2) *Engl. Geogr. histor. Lesebuch*;
3) *Yorik sentimental Journey*; 4) *Pope Essay on man*; 5) *The Vicar*
of



of Wakefield &c. placita Commilitonum lubens est sequuturus. Pari-
ter in conversatorio Anglico praesto erit, neque deerit iis qui manu-
ductionem in historiam universalem desideraverint. De horis his lectio-
nibus destinandis tempestive ut velint convenire, rogatos vult Commili-
tones honoratissimos.

JOANNES MARCUS CONSTANTINUS TARNOW,
Jus naturale docebit.

M. A. C. SIEMSEN, privatos intra parietes *Zoologiam*
oeconomicam et *Dendrologiam forestalem*, horis commodis, recitabit.

Bibliotheca academica et *Museum* quovis Mercurii et Saturni die
aperiuntur. *Gallicam*, *Anglicam*, aliasque *linguas exoticas* addiscendi occa-
sio haud deficit. Adsunt etiam magistri publice constituti, qui *artem*
equitandi, *saltandi* et *pingendi* docent.
